

I. B. GRAMAYE
Andoverpiensis
RESPUBLICA
NAMVRCENSIS.

In quo breviter Antiquitates Vrbis & Comitatus Namurcensis atque Reipublicæ ratio describuntur.

C A P V T I.

Nomen.



OMEN huiaſ vrbis primò
Sedroch à conditore , mox
Nemetocennam à Nemetū
ad Sabin colonia , denique
Namurcum fuisse volunt.

Posterius quod remanet nomen variè
legi scribique veteribus obſervo: Namu-
tum , Namucum , Neumurciam , Namur-
tum , Namurram , Namurcum , & Gallis
Namu , Namur , Teutonibus Namen , Ger-
manis Nhemen . Originationem & ety-
mon aliter alii deducunt . Scriptorum
pars fanior restauratæ per Romanos aut
certè Francos arcī à novo muro nomen
hæſſe credit . Memorix aliquot inde

LVD. GVICCIARDINI
 DESCRIPTIO
 COMITATVS
 HANNO NIÆ.

HANNONIA bonâ ex parte est ea regio, quā, ut Cæsar in Commētarijs afflērit, infedēre quondam famosissimi illi Nervij, qui (ut suo loco jam dictum est) metropolin agnovere Tornacum, urbem paullo antè nobis descriptā. Hæc Provincia, prout constat ex ejus annalibus, Belgicāque historiā, & scriptoribus aliquot fide dignis, sāpiūs olim mutavit nomen. nam initio quidem Pannonia dicebatur à Deo Pane, incolis per id tempus culto. hinc Latine scribentibus dici cepit *Saltus Carbonarij*, à Carbonariā silvā pluries nobis memoratā. posteā venit vocabulo Inferioris Picardia. tandem verò Latinis Hannonia, incolis vulgo *Hainaut*, ab Hannone quodam ut volunt Trojano, vel ab alijs nescio quibus etiam illo antiquioribus, appellata est. verior tamen certiorque opinio tenet, derivari hoc nomen à fluvio Hainā, mediterraneum ferè ditionis istius perlabente. sed exponamus jam ejus situm. Hannonia igitur à septemtrione Brabantiam habet Flandriamque: ab austro partim Cam-

JOAN. BERTELII
HISTORIA
 PRINCIPVM
 LVXEMBVRGENSIVM:

*Vbi de eorum ortu, progressu ac
 regimine, usque ad Alber-
 tum Austriacum.*

TRACTATVRVS ea qua
 potero brevitate & veritate,
 non de Trojanæ urbis alterius-
 ve conditione, situ, profectu sive ex-
 cilio, sed de Luxemburgicæ domus
 origine, ejusque Principum genere;
 nobilitate, ac præstantia, lectorem in-
 primis meum rogatum enixè cupio,
 quatenus ejusmodi in hujus opusculi
 evolutione curet habere animū can-
 dore nimirum & benevolentia affe-
 ctum, qualem sibi vicissim data occa-
 sione ab aliis exigeret. Quod quidem
si præstare mihi roganti non detracta-
verit, futurum spondeo ut exigui int
legendo laboris impendendi pro re-
rum dignitate, & jucunditate inde
profectura minimè cum pœnitiat.
Ecquid enim jucundius, & ut cetera
taceam liberali, & ingenuo homini
 T 2 convenire

522 HISTORIA LUXEMB.
minis citra licentiam Dominorum suorum valeant: quibus & in recognitio-
nem ejusmodi subditionis partem a-
liqualem rei venditæ numerare to-
tiens quotiens coguntur.

Modus autem rusticorum in omni-
bus agendi, præter nutrimenti (quod
aqua, pane atro, offis, pisis, latido,
communiter constat) vilitatem, est,
quemadmodum supra insinuavi, ad-
modum in plerisque simplex, & ad
stuporem usque agrestis: quamvis in-
ter eos non desint quamplurimi pru-
dentia quadam pollentes innocentia
& simplicitate ornata; adeo ut verius
malitiosi dici queant, à quibus nisi
quis decipi velit, maximè cavendum.

Solemnitates quasdam diligenter ob-
servantia colere solent, uti nimirum
Ecclesiarum suarum Dedicationes, quo
& extraneos amicos convocare, &
cum illis hilariter convivari, & com-
potare, atque etiam choreis vacare, ad
fatigationem usque contendunt; ubi
& rixæ, contentiones & pugnæ farò
desunt. Pervigilia denique nonnulla
ut exempli causa Epiphaniarum, Divi
Martini, Sanctæ Crucis, ex antiquo-
rum traditione potibus indulgentes
in multam noctem deducunt, qui mos
et quæ apud ipsos urbanos (superius
recensitos) etiam inolevit.

F I N I S.